



TESTIMONIA PRÆCIPVA DE CARDANO,

A GABRIELE NAVDÆO COLLECTA



NON potuit Cardanus diem sibi extremum in commentarios illos referre, quos de vita sua, ad iv. usque Kalend. Maias, anni M. D. LXXVI. satis accuratè perduxerat: Quamobrem exhibemus illum ex inlustris viri Iacob. Aug. Thuani nunquam satis laudata historia: simulque eius & summatum aliquot aliorum de tanto viro indicia, atque testimonia magis exquisita. Nam capite censos qui Cardani laudibus quot die in calum esserunt, ad hæc comitia vocare, non modo putidum & inane foret, sed im- mensi quoque laboris negotium, aded nullus est scriptorum, qui Cardanum non miretur & suspiciat: nec ars vlla, quam ipse diuini propemodum ingenij sui præstantia, non auctiorem & ornatiorem reddiderit.

THVANVS
AD ANNUM
M. D. LXXVI.

pag. 136. lib. 62. to. 4.

ROMÆ magni nominis siue Mathe- maticus, siue Medicus Hierony- mus Cardanus Mediol. natus hoc anno itidem obiit. Varia eius vita, vt mores; pluraque ipse de se inaudita in viro litteras professo simplicitate seu libertate scripsit, quam curiosus quisquam à me exigat. Romæ cum diuerso ab aliis cultu incedentem paucis ante obitum annis conspicati & adlocuti, ac læpius admirati sumus; cum celeberrimi tot scriptis hominis recordatio subiret, neque ta- men quidquam in eo, quod tantæ famæ res- ponderet, animaduertteremus: eoque magis Iulij Casaris Scaligeri acerrimum iudicium suspeximus, qui diuinum ingenium suum in opere de subtilitate exagitando præcipuè exercuit, inæqualitate illius vbique diligenter notata, qui in quibusdam interdum plus ho- mine sapere, in pluribus minùs pueris intel- ligere videatur. In Arithmetici multa cona- tus est, & inuenit: Iudiciariæ, quam vocant, fidem apud multos adstruxit dum certiora per eam, quam ex arte possint, plerumque pro- meret. Verùm extremæ amentię fuit, imò impiæ audaciæ astrorum commentitiis legi- bus verum astrorum dominum velle subicere. Quod ille tamen exarata seruatoris nostri ge- niturâ fecit: Tandem cum tribus diebus minùs septuagesimum quintum annum impleuisset,

eadem, quo prædixerat, anno & die, videli- cet xi. Kalend. viii. ob id, ne falleret, mor- tem suam inedia accelerasse creditus. Corpus ad D. Andream depositum, deinde Mediolanum translatum, & ad D. Marci in maiorum mo- numento conditum.

IN PRIMO TOMO
QVÆSTIONVM

MARTINI HENRICI
Artium & Medicinæ Doct. edito
Papiæ in quarto 1567. liber 3.
præfationem habet sequentem.

*Ad Hieronymum Cardanum Theor. Ord.
in Gymnasio Bononiensi primo loco
pub. profitemem.*

CVM æstimarem permagni mea interesse, Cardane literarum decus, si de omni mea studiorum ratione, te vnum præ cæteris maximè certiorum facerem; virum tam multarum, & optimarum artium scientiâ, quam eloquentiâ insignem. Operæ præterita esse duxi, quæ successivis horis cum est otium à medendi occupationibus, passim inter le- gendum colligo, tibi in omnibus disciplinâs præstantissimo, visenda tradere. Quod nun- quam tibi, aut lucubrationes vllas miserim, aut Epistolam saltem scripserim, quod tibi, si non ingenium quodcumque, doctrinæque meæ, certè animus tamen ac voluntas innotesceret: veritus sum hæcenus, ne mea eruditio,

Testimonia

aut vlla omnino virtus eiusmodi esset, vt licet mihi putarem, scribere ad te virum meam sententiam, nostro tuo, omnium literatissimum: cuius fama diffusa vbique, tranauit maria, & montes altissimos transcendit. Tanta enim tua iam pridem est claritudo, & aestimatio, vt possis, vel obsoletis nitorem dare, falsiditis gratiam, nouis auctoritatem, & vt semel finiam, haec apud eruditos tuorum studiorum reuerentia est, hunc tibi honorem deferunt docti omnes, quem Diuus Augustinus scriptoribus Canonicis autumat sese retulisse, vt te suspicam in scribendo, errorum confinem credant. Testes sunt Scholastici sexcenti, vbique locorum tuae singularis virtutis, & eruditionis clarissimam voce praecones, & buccinatores. Quid multa, publice, priuatim, in Gymnasio Ticinensi, Bononiensi, aliisque omnibus vbique gentium, Cardanus ab eruditissimis vitiis extollitur, celebraturque meritissimo praconio. Est enim tuae virtutis splendor, in tanta celebritate famae, inque tam fuso per vniuersum orbem eruditorum hominum sermone, vt ad summam laudem, & honorem, nihil possit accedere. Gratulor tibi, qui tam praeclearum ingenium, tamque eminentissimum nactus es, vt inter laudata ingenia, primum locum tibi merito vindicaueris; cui praeter caetera tam exprompta, fidelisque memoria est, vt quae ex tempore fluunt, quasi viuo, (vt ita dixerim) gurgite, ea vndare videantur; in quo caelestis plane, immortalisque naturae lumen, ita effulget, vt non modo cum nostri temporis scriptoribus, sed etiam cum veteribus, vel merito quidem eruditorum penes omnium testimonio, conferendus venias. Quantum enim doctrinam, & eloquentiam, inter huius saeculi scriptores valeas, facile iudicant ij, qui tua scripta diligenter, & accurate legunt; vno ere plane omnes fateantur, virtutum omnium exempla omnium semina disciplinarum, omnium rerum simulachra, & effigies, in tuis libris inueniri, tantamque in tuis voluminibus vtilitatem existere, quanta vix fortasse in omni Graecorum, Latinorumque copia inueniatur. Itaque vel granditate heroica, vel argumentorum varietate, ac multiplicitate, vel dicendi vano artificio, vel doctrinam ad eam quadam remotam, sententiarum abstrusioribus pollent, vt quicquid laudis, & dignitatis antiquis scriptoribus haecenus tributum sit, id totum tibi (absit verbi inuidia) iure tribui possit, viro meam quidem sententiam, cum ingenij natura praestanti, tum vero tot pulcherrimas arces penitus mente complexo. Nam si medicum scribis, admirandum Hippocratem; diuinam quadam sapientiam, & probitate mirabilem, Galenam grauisimum Medicinae Autorem, & mitum apprimè medendi artificem, probatissimum Auicennam, experientissimum Auentoarem, ornatissimum Celsum; vtilissimum Mesuem, subtilissimum Auerroem, & alios penes infinitos, citra caeterum nominandos, effingis: si Philosophicè diuinum Platonem dono quodam providentiae genitum; Aristotelem summo ingenio, doctrinam, eloquentiam, rerum peritia, prudentiamque insignem Philosophum, & quem iure omnium miratur posteritas: lucidissimum Themistium, acerrimum, atque acutissimum

Auerroem, refert, atque alios quotquot in Philosophia praeclearissimi atque eminentissimi fuerunt. In historiae cognitione praecellissimas calles Theologiam, Mathematicas peritias, & ita meam sententiam, vt nullum alium vquam habeat haec aetas, qui tecum confecti possit. Quod si meum iudicium in hac re, non satis habebit apud te ponderis, idem testantur vno ortu omnes, quotquot apud Italos cognoui huius artis peritos. Neque solum ad plenum calles has omnes altes, verum etiam in ipsis auctorum adytis, es diligentissimè versatus, ac libros omnes habes in promptu, at digitos vnguesque tuos. Habemus enim, obseruandissime praceptor, huius rei veracissimos testes, quos quidem in praesentia recensere superuacaneum est. Equidem vt demum finiam, vbi vbi dego; quoquo proficiator, clarissimam vnam omnium voce, Cardanum celebrari audio, virtutis excellentiam circumferri, venerandam, & omni aetate admirabilem doctrinam extolli, & pro numine adorari, & ad caelum vsque laudibus euehi. Itaque aetatem quam ago, vitam, quam spiro, lucrum fecisse mihi videor, qui hoc hoc numen vidi, hunc hunc Cardanum Praeptorem habui, quo post Hippocratem, Galenum, Platonem, Aristotelem, Ciccones, & Fabios, doctiorem nulla aetas habuit: qui diuinis, humanisque doctrinis, & admirabili eloquentia eum praerer. Quo circa cum vbique gentium notissimus sis, & dignus qui vniuerso innotescas orbi, posteritati quoque celebri, plausibilisque futurus; harum nostrarum lucubrationum partem tibi dicatam, manu mea inconsideratè satis effusam, rudem & impolitam adhuc, mandamus, vt pro tuo arbitratu, eas vel emittas, vel suppressas: quod si bene cesserit, nec laudem putabo meam, nec dedecus, siu secus, tuum in vtranque partem aestimabitur consilium. Nam te critico, facile scio, blateratorum aculeos oprime deuitabunt, & sub tuo praconio, quasi clypeo Palladis, iam se ostentabunt aemulis inuulnerabiles. Adeoque, tuo iudicio, mihi confido, vt modo pleua, quod aiunt, ceram subscribas, igniculos bonae immittens spei, me ad scribendum, quam fuerim aucta, longè facias alacriorem. Vale ornamentum orbis, huius saeculi decus, & discipulum tuum ex animo dilige. Corti solonae Idibus Ianuarij.

PRÆFATIO IVL. CÆSARIS
Scaligeri in libros xvi. exotericarum exercitationum, quas non semel inuit scriptos à se fuisse aduersus Elter. Cardani praeclearum opus de varietate. Editum vero suis simul cum aliis eiusdem Scaligeri literis & orationibus Tolosa 1621. ex M.S. clarissimi Mausiaci.

Posteaquam mei fati lauitia, tam miserè mihi fuit, vt cum mea vnius gloria, publici luctus, conuinxerit acerbitatem, atque tam egregios meos, & officiosos conatus, tam dira calamitas sit consecuta: Non putavi committen

de Cardano.

committendum mihi, quin quanta est ob leuissimas castigaciones meas affectus molestia Hieronymus Cardanus, tantum me eius interitu cepisse mororis, testatum relinquerem posteritati. Non tamen eius vita mihi terrori esse posse videbatur: tanta tamen in omni genere literarum exstabant eius merita. ut ego quoque, qui me vnum ex hisce ciuibus profiteor, communem omnium vtilitatem, meis commodis debuerim anteferre. Orbata est enim Resp. literaria viro maximo atque incomparabili: eamque iacturam fecit, quam fortasse nullis posthac sæculis reparare possit. Ego et si priuatus sum & teste, & iudice, atque etiam (pro Diu immortales) laudatore lucubrationum mearum: eas enim ita approbavit, vt spem omnem defensionis suæ, in declinatione sola potuerit, in desperatione potentia suæ, in suarum virium ignoracione: quibus ille tam pollebat, vt eum nullus modus, nulla ratio latere potuerit, qua meas quoque castigaciones posset ad celebritatem nominis sui comparare. Atque ille quidem talis tantusque fuit, vt ostendere potuerit studiosis se eadem sensisse, quæ ego tanquam contraria scripserim, si bona iudicaret: sin aliter sentiret, eadem animi præsentia corroborare aliquando, quæ semel statuisset, qua statuerat ea, quæ corroborari posse iudicasset. Ego vero, qui eo animo, ac spe ad eum virum scripsissem, quem equidem omnium mortalium ingenuissimum atque eruditissimum vulgò prædicarem, vt me inuictum illi fore considerem: ex eius vita operosam laudem propter assensiones, non ex interitu, ignauam quietem, ex hac quasi causæ desertione mihi expectasse, quis non videt? Profecdo viri illusterrimi, & quem ego acerrimum, atque suæ fidentem magnitudini cognouissem, benignitatem, atque beneficium frui licuisset. Facile enim, vt erat omnium humanissimus, ad amicitia iura communia, vel simplicissimis literulis euocabatur. Me qui in præliis diu exercitatus ad pericula omnia audaciam meam abiicissem: qui in assiduis disputacionibus penè attritus, in diuturnis scribendi arumnis penè consumptus essem, disputare tam supinè de tanto heroe, in tanto conflictu, tanto puluere, somnolentum, victoriam concupissem haud sanè verisimile est. Neque solum abest à ratione rerum, & ab opinione hominum iudiciorum abesse debet, verum etiam abest ab omni vtilitate nominis mei. In eo enim semper adhærescere voluit animus meus, vt putaret omnem hominem (vt sanè omnes nihil aliud, quam penè nihil sumus) adeò errare posse, vt sibi etiam licere posse contendat. Quod si consummatissimo viro contigit aliquando: quod si sæpe mihi, & nonnunquam aliis vsu venit, prolapsiones illas non esse errorum censibus adscribendas, nisi quis postea porò eas tueri velit. Pro constantia enim pertinaciam, pro humanitate feritatem profiteri necesse est. Neque enim errat is, cui aliquid excidit paulo importunius, sed si quando suam culpam propriam facit ex infami defensione. Igitur illo viuente, si ex conscientia rerum, meos conatus silentium esset consecutum, quid mihi

potuit honorificentius euenire? Nempè tanquam præceptorem, aut patrem modestissimis assensionibus excepisset. Quod si ad pertinaciorum disputationem rem reuocasset quoruscumque nunc iam non intelligit, ex priore mentis agitatione futurum, vt ad insaniam propius accederet? Id quod diuinus ille vir cum acutissimè perpenderit, quod non potuit ferre, tulit. Id enim animi constantiam ad viuendum asserre non potuit, ad moriendum potuit: quod potuit ferre, non tulit, hoc est communionem animorum nostrorum, atque iudiciorum ad publicam studiorum vtilitatem. Quamobrem doleo vicem meam, qui ad prælium hoc luculentissimas susceperim rationes, ad confictum habuerim explicatissimas, ad victoriam quam speraram, eas, quas neque sperare licuit constanti viro, (quis enim talem euentum rei expectasset?) neque concupiscere viro forti. Huius laus in hostium laude penitus posita est. Doleo verò vicem totius reipublicæ, cuius doloris causas vulgus quidem literatorum pro suo capto capere potest, pro meritis illius diuinitatis nullo modo potest. Cum enim in homine docto tres partes omnino excellere debeant, morum integritas, atque ciuilitas, eruditio varia & multa; ingenium summum cum acerrimo iudicio coniunctum, tria hæc ille puncta adeo plenè tulerat, vt ad vnum modò totus pro se, solus pro omnibus factus à natura esse videretur. Nemo enim humanior cum minimo quoque, nemo apparatus ad omnia cum maximis quibusque viris inuentus est. Lenitas regia, celsitudo animi popularis, non solum omnium horarum, sed etiam omnium locorum, omnium hominum, omnium fortunarum homo. Quod verò attrinet ad eruditionem, circumspectissimus quæso totum hunc huiuscæ seculi felicissimi consummatissimum orbem literarum: multosque magnoque viros efferent merita cuiusque sua, ceterum hos vna tantum, aut altera in parte Philosophia occupatos. Ille verò cum profundissimis naturæ, Deique arcanis humaniores literas ipsa coniunxerat, easque tam eloquenter explicarat, vt nihil aliud toto ætatis tractu professus fuisse videretur. Magnus vir sanè, magnus etiam si hoc solum præstiterit. Ceterum si ingenij expromptam celeritatem, igneam ad omnia vim, æqualem ad minima, & maxima quæque, vel laboriosam diligentiam, vel inuictam constantiam consideremus, proprior impudenti fuerit is qui se illi comparare ausus fuerit. Non igitur vel infensus animus, cuius ego vestigia ne noui quidem, neque liuor, cuius ne vmbra quidem attingit vquam vmbra meam, sed tot tantæque illius monumentorum illustres rationes ad hoc me impleturunt, vt de illis aliquid sentirem, & absolutis de subtilitate Commentariis, exisset, priorum appendia quasi quedam, eruditissimus liber de Varietate rerum. Atque ego illud antequam de eius morte quidquam allatum esset, exemplo sanè meo me ipsum imitatus, triduo ea cursum in breuissima capita concessissem. Postquam de eius interitu rescivi, in vnum concessi libellum, vt eius sanè adiuuarem labores: sed itaque, quemadmo-

Testimonia

quemadmodum se ille voluisset, si quando mecum, aut aliquo doctore viro, de rebus suis conferre debuisset.

*EIVSDEM SCALIGERI
in librum de Subtilitate, ad Hieronymum Cardanum.*

P R Æ F A T I O.

NOminis tui splendor, atque magnitudo, Hieronyme Cardane, vel ignauissimum quemque poterat accendere ad obrectationem: nisi nobis omnibus compertum effet: te tuam gloriam non cum publica vtilitate solum, sed cum singulorum quoque laude coniunctam esse voluisse. Quocirca licuit nobis procul ab omni studio contentionis otio frui, atque tranquillitate literaria: nosrosque penè lectionis: & aderat ingenij vigor insignis ad omnium scientiarum minutissima quæque momenta consequenda. Aterrimum verò iudicium, quod ego animam sapientia vocare consuevi, etiam supererat. Diligenter ego legenti mihi disceptationes tuas, in quibus de medicorum controuersis cognoscebas, veniebat in mentem, non solum debere nos hæc tibi, quæ apud veteres Autores desiderarentur: verum etiam exoptandum porro nobis esse, tum vt multo plura scriberes, tum vt quæ scripsisses, in manus nostras peruenirent. Qua in re, quanta animi nostri cupiditate fuerant inflammati, tanta nos benignitate prosequura fortuna fuit. Ea nãque de subtilitate subtilissimis vel inuētis vel iudiciis disputasti: vt nihil in vniuersa natura prætereà requiri posse videatur. Nam qui liber de Mũdo Philonis circumfertur, patriis hæret narrationibus, parum admodum versatur in nostrati Philosophia. M. T. Commentarius de vniuersitate mutilus est iniuria temporum. Apuleij similis conarus Autoris inficitia, aut incuria deprauatus fuit. Solum ille labor, qui Arist. nomini attribuitur eiusmodi compendij inscriptione, sustinebat vniuersæ naturæ dignitatem quæ humana poterat intellectione capi. At enim vero cum Philosophus ille summa fastigia delibasset: Eius exemplo tu non tam imitationem instituisse, quam perinde atque propositis gloriæ præmiis, cum ipsius diligentia ac magnitudine certare visus es. Hos equidem libros ingentis laboris, variæ doctrinæ, summi ingenij plenissimos cum animaduertissem, in eam adductus sum opinionem: vt mihi iam paucissimarum rerum cognitionem superesse sperarem. Tandem verò eum nactus locum, vbi dicis: aliquem aliquando exoriturum, qui materiam ipsam hanc fusius tractet, tibi que forte gratissimum, id si villo xnuquam tempore contigisset: sanè verò qui antea tot scientiarum cumulum, quo cæteros mortales anteis, in te admirarer: hanc tuam æquanimitem, qua te ipsum superabas, ad affectum quempiam diuinum referebam. Felicissimi fuerat hominis, attigisse metam vltimam iudicio-

rum nostrorum: at tibi ipsi tanto Philosopho, vel solos anteponeere conatus aliorum, non nisi certæ fuit diuinitatis. Hunc ego arbitror esse habitum illum, quem sapientiæ nostræ Dux Aristoteles extra, supraque omnium habitum virtutum in heroicis animi statuebat. Quare dum hæc stupidus, atque alia tua circumpicio: ducedine quadam, nescio an deceptus, certè captus sum imitandi tui: quem ad eiusmodi fastigium, non nisi multarum artium, ac maximarum virtutum antegressione euectum esse iudicabam. Igitur auidius horum librorum lectione reperta, nihil in rebus mancum, nihil in oratione superfluum occurrebat: arbitrabar tamen breuitatem illam, qua in vtroque Aristotelem repræsentat, non tam egere præsidio propter se, quam parere cupiditatem aliis auxiliij petendi ad intellectiõnem. Mihi verò præter cæteros, qui antehac meliorem ætatem inter arma & temerè, & frustra, & miserè prodegiissem: nunc seræ eruditionis rudimentum nouitatem meam trepidatione quadam minus liberali, sed non impudenti, & sui conscia profterer, ita diligentissima agere disquisitione visa sunt. Paulatim ergo cum me ipsum multis locorum difficultatibus obrulissem: (arridebat enim aditus rerum varietate, qui se facilem dare nobis per initia videbatur) ea me in loca indui, vnde pedem referre non liceret. Creuit ibi tamen simul animus cum periculis: subiitque indefessum opera multa, atque laboriosa. In quam minus tempestiua imprudentia impulsus sæpe sui conscia imbecillitas reuocauit: sapientiæ studium perpulit, vt ad calcem vsque deducere obstinatè. Quod studium in partes quidem varias sæpenumero scindebatur adèd, vt iam & puderet audaciæ, & tæderet laborum, & peniteret progressionis. Quoad me confirmauit humanitatis tuæ recordatio: vnde me ipsum adigerem ad hoc genus exercitationum, in quo circa res alias & plurimas, & maximas, diu multumque versatus eram. Vt quæ ad acuendos animos nostros vel vltro omiseras, vel consultò innotueras, vicissim tibi proponeremus, vel tanquam supplemẽta recensenda, vel quasi publico in certamine perpendenda. Non enim contradicendi, aut contendendi ambitione motus, sed communi omnibus studiõs iure excitatus, ea proruli coram te maximo omnium consensu literarum dictatore iudicanda: quæ non nisi tua opèra nobis esse possent. Quamobrem qui videas hæc, quasi sese dedere in clientelam tuam: spero haud committes, vt vel animi nostri caudorem negligas, vel contempnas nouitatem: sed iam nos exercere incipiamus.

EX IOAN. BAPT. SILVATICI
libro de Collegij Mediolanensium
Medicorum origine, antiquitate,
necessitate, dignitate, &c. Mediolani 1607.

Hieronymus Cardanus cap. xx.

Sed nemo profitemium Medicorum Hieronymo Cardano, omnium ferè scientiarum

De Cardano.

rum dogmata, plenius, purius, atque nitidius in Scholis publicis explicauit: tanquam ad omne scientiarum genus esset natus, inter omnes sui, & antiqui temporis proficentes Medicos eminentissimus, verum Medicinæ lumen: In omnibus propemodum Italix Gymnasiis publicè docuit, & in celebrioribus vrbi- bus summa cum sui nominis gloria, & authoritate, artem medicam exercuit, ex purissimis Græcorum fontibus, hautis præceptis. Erat non insignis modò Medicus, sed & summus Philosophus, & in omni Philosophiæ parte maximè excellens: Astrologus maximus: item & veteris Magiæ peritissimus: ita vt de euentu rerum, mira quadam prædictione vteretur. Patre natus est iure consulto collegiato, & Mathematico optimo. Scripsit libros quatuor de Fato: nouæ Geometriæ vnum, de Arithmetica alterum, & de Astrorum iudiciis vnum: de rerum subtilitate, earumdemque varietate duos: contradictionum medicarum volumen magnum: de malo medendi vnu: de venenis: de causis, & signis morborum: de sanitate tuenda: de arcanis æternitatis: de animi immortalitate, & de secretis. Commentaria item in lib. de Aère, lœcis, & aquis Hippocratis: in eiusdem Prognostica: in librum de Alimento: in libros Epidemiarum: in Aphorismos, & librum de Prouidentia ex anni constitutione: libros ad hæc de somniis quatuor, & opuscula, quibus continentur liber de libris propriis, de curationibus admirandis, de Prædictionibus, Neronis encomium, & Geometriæ encomium, de vno, Actio in Thessalicum Medicum, de Secretis, de Gemmis, de Coloribus, Dialogus de Morte, Dialogus Tertius, siue de humanis consiliis, de minimis & propinquis, de summo bono. Quis quæso Medicus Hippocrate, & Galeno exceptis, plura, & tam varia scripsit: Fides sunt conditionis hi libri gratique, ad eum accepti, atque viles omnibus gentibus fuere, vt vbique locorum, & in omni Europæ regione, summa diligentia fuerint illi sæpe etiam excusi, de certantibus inter se Typographis, de eorum politione, & emendatione. Editione, nunquam propterea perituri. Verè itaque aliquando de se ipso dicere ille potuit, plura scripsi quàm legi, plura docui quàm didici: Princeps nullus Italicus, dum is viueret, eius in medicina opem, vel consilium prætermissit. Fama verò eius, etiam apud maximè longinquos diuagata insigni, rum Iohannes Amulthon è regia Icotorum stirpe, atque apud illos Pontifex primarius, ad se vocauit, multis maximisque, ob restitutam ei salutem, illum donauit præmiis. Quòd si omnia, quæ de maximo hoc viro dici possunt admiranda, persequi voluerimus singula, & in dicendo deerit proculdubio oratio, & in scribendo manus defleat. Vnum hoc loco illi à Poëta, illustri decantatum elogium, commemorare sufficiat.

*Æmulo Epidamij inter omnes,
Sax Cardane caput, &c.*

Mortuus est Romæ, anno salutis humanæ 1576. vitæ annos sex & septuaginta, sibi diu, aliis nunquam satis.

Tom. I.

EX CELEBERRIMI DOCTISSIMIQUE viri Iacobi Philippi Thomæsi Nobil. Patavini, & Ciuitatis nouæ Antistitis meritissimi Elogiorum parte prima edita Patavij 1630.

Hieronymus Cardanus.

Patritius Mediolanensis, qui in Academia Patavina prima virtutis suæ rudimenta hausit, mathematicum insignis cultor, & explicator, supra cæteros, propter edita ingenij monumenta innumera, toti terrarum orbi probata, præconiis efferendus. Natus est anno MD. LXX. IX. Kal. Septembris, hora sexta, m. 40. à Meridie, ex Matre Clara Micheria, & Patre Iene Facio Cardano illustri Iuriconsulto; per vim ex vtero extractus (vt ipsemet testatum reliquit) reuixit lauacro vini, capillatus antequam natus, ater enim capillus, prælongus, & crassior ei nascenti fuit. Infaus frigidis humoribus obnoxius, præcedere ætate, totoque reliquæ vitæ cursu, tum aduersa, tum secunda, insperato, supra mortalium omnium cogitationes euentu, passus, vtramque fortunæ aleam lusit: Modo enim calamitibus vexato, bonorum Ilias occurtebat: modò bonis ingentibus affluente, calamitatum Miriades adoriebantur. Principibus cognitus, & Regibus, Ecclesiasticis quoque præceribus, gratissimus extitit. Sæpe per somnium admonitus, non leuia pericula euasit, & quod adiutus à Numine non obscure, multa conscripserit, persuadere posteris conatus est. Vir ætatis mediæ, uxorem duxit perspicacem, quæ tres masculos abortiuit, duos edidit, & puellam vnam; obiitque postquam secum vixisset annis xv. agente cum Cardano annum xlvi. Filiorum educationi compræmis studuit: deinde scriptioni deditus, multa publicis tabulis consignanda mandauit. Nouarum rerum inuentione felicissimus; plura scripsit, quàm legerit; plura docuit, quàm didicerit, laudis enim, ac gloriæ maximè appetens, immodicâ sciendi cupiditate flagrabat, & vt ad immortalitatis apicem perueniret, studiorum labores omnes, & molestias alacer exantillabat. Quisquis es, qui nosse id exactius cupis, librum de libris propriis, vel librum xii. Geniturarum adi, quarum octaua est Hieronymi Cardani, moresque eius, ingenium, fortunas, opes, & euentus omnes, mirâ eloquentia sperandos exhibet, ferè vixit. Sæpe testatur legibus satisfecit, eo ferè anno, quo se prædixerat moriturum. Sepultus est Mediolani in ecclesia Diui Marti, eo in tumultu, quem Facio Cardano Patri, in se posuerat. hæc verbis.

FACIO CARDANO

I. C.

*Mors fuit id, quod vixi vitam morte
dedit ipsa.*

Mens æterna manet, gloria sua quiet.

Obiit

Testimonia

Obiit anno M. D. XXIV. iv. Kalend. Sept.
anno Etatis lxxx.

Hieronymus Cardanus Medicus Parenti
posterique V. P.

Ceterum tanti viri effigiem, & numisma,
debetis excellentissimo, & omnibus virtu-
tibus ornatissimo Felici Osio, Sexennio iam
in Paravini Gymnasij luce, primariam elo-
quentiæ Græcæ & Latinæ cathedram, sum-
mâ cum laude obtinenti. Ab eo scilicet no-
bis utrumque curatum est, operâ humanissi-
mi, & eruditissimi viri Io. Antonij Castellio-
næ, iuris utriusque, & sacræ Theologiæ Do-
ctoris, Vicarii que perpetui Abbatiz S. Vin-
centij in Prato apud Mediolanenses. Nun-
quid meminit etiam Cardanus ipse in libro
de libris, propriis hæc verbis, *Somnium hoc
veluti in ægypto gloria nostra, si qua omnino est, ser-
vata in ægypto ex adverso imaginis meæ depinxit.*
Addeat librum ipsum, qui somnium, & inter-
pretationem eius nosse penitus cupit.

IVL. CAPACIVS IN Elogiis virorum literis Illustrium.

Hieronymus Cardanus.

EX fordido statu priusquam nasceretur,
Exilium expertus (abortivum enim me-
dicamentum alieno mandato mater bibit, ut
de se ipso in Opusculo de paupertate testa-
tur), omnium Doctrinarum apicem conscen-
dissè Hieronymum Cardanum dixerim; qui-
bus non tantum Mediolano in qua urbe or-
tus est, & Bononiæ, cuius Academiam illu-
stravit, sed omni fere Italiæ, in qua provin-
cia claruit, attulit honores. Doctiorem for-
tasse eius non novit ætas, sed vanum, sed cu-
riosum, sed Naturæ arcanis perdidit delecta-
tum, ut superstitionibus se emanciparet. Au-
dices in scribendo non fuisse cultum, cum
quicquid in buccam venerat, scripsisse visus
fuerit. In re mediâ multus fuit, sed quem
per sæpe aliorum opinionibus adversari hu-
militati animadvertens; ut illud sibi ambitio-
sus poposcisse credas, ut appeteret laudem.

Æque ipse, melior Bellarophonte,

Næque pugna neque segni pede victus.

Nec trahit in subtili rerum varietate ea
astrasse (num puerilia?) quibus ingenij
acumen exerceret Scaliger. Accusas in eo-
dem, genituras; merito, Mathematicam ad naturæ
audaciam transferre, quam vanam? Hæc,
non iam labore de Christo nascente loquitur.
Quam lætè hominum prorupit audacia. Hoc
verò illepidum condire eum iudicavi, cum
in Raimundum Lullium animadvertit. Quid
scire potuisset præclarior, quam nebulanem
illum, literarumque parasitum ex Doctorum
coetu explodere? Quid eo stolidius, aut spur-
cius? Quid Lullianorum affectarum ameni-
tas? An & amenitatem Cardanum appella-
veris in arte magna, quas algebraicas regulas
dixit, & ameniorem in iudicio gemururum?
Sanctus hoc ingenij iudicium esto, scripsit

præterea de immortalitate animæ; Contradictio-
nes Medicorum, de sanitate remota, de simpli-
cium medicamentorum nota, Consuetudina in
Ptolemaeo, Arithmetica, Arithmetica præli-
cam, de utilitate capienda ex adversis libros
quatuor, quibus ut in omnibus excelleret, in
Ethica praxi se versarum præbet, ut Mache-
maticus, Medicus, Orator eximius, Philoso-
phiam quoque ex omni parte calluisse pate-
faceret.

E X P R O M P T V A R I O
Iconum Gulielmi Rouillij pag. 268.

Hieronymus Cardanus, Medicus Medio-
lanensis subtilissimus, multa scripsit tam
acutè & diligenter, ut merito ab omnibus li-
teratis, ob eius summum ingenium, exactam-
que plurimarum rerum cognitionem, passim
existimetur. Scripsit Arithmeticam absolu-
tissimam, prædicam Arithmeticæ & mensu-
randi singularem, Artis magnæ, siue de regu-
lis algebraicis librum unum, qui & totius
operis de Arithmetica (quod opus perfe-
ctum inscripsit) est in ordine decimus, de sa-
pientia libros quinque, de consolatione li-
bros tres ab auctore recognitos, de immor-
talitate animæ librum excusum à Grypho
Lugduni anno Domini 1585, contradicen-
tiam medicorum librum, continentem con-
tradictiones 1081, de malo recentium Medi-
corum mtedendi vsu libellum, centum erro-
res illorum continentem, & infinitos alios
quos hæc pagina non potest capere. Floruit
anno salutis 1544.

HENRICVS MONANTHOLIVS
in Ludæ Istromathematico pag. 9.

AT his veteribus contenti, quia recentio-
rum etiam exempla plurimorum mo-
uent, recentiores etiam aliquot selectos vi-
ros proferamus, quibus eandem sententiam
mirum in modum placuisse novimus; inter
quos primum pono Hieronymum Cardanum
cui hoc elogium merito à Rodolpho Sylve-
strio Bononiensi Medico tributum esse arbi-
tror, quum de eo dixit, illum unum in omni-
bus humanis scientiis tantum præstitisse,
quantum in eorum singulis, qui præstantes
viri excelluerunt. Hic scripsit Arithmeticam,
decem libros Geometriæ, commentarios do-
ctissimos in xv. Libros Claudij Ptolemaei de
iudiciis, & alios quamplurimos; quorum qui
videre volet titulos, legat in libro quem ipse
met edidit de libris propriis. Idem ille pas-
sim multis in locis, quam Mathematicæ sint
Medico necessariæ nobis expressit, unum
duntaxat locum attingam, &c.

P E T R Y S R A M Y S I N
Proemio Mathematico pag. 470.

Scripsit Hieronymus Cardanus doctissimè
Mathematica plurima, Medicinam tamen
profiteretur.

Ibidem

Idem ibidem pag. 480.

Hinc præsentia ornamenta Bononiensis
Academiz, Sigonius Orator, Cardanus
Medicus, Papius Iureconsultorum Crassus
Sczuolaque.

*F. THOM. CAMPANELLA IN
Synagmata de libris propriis, pag. 37.*

Cardanus denique Physiologica, & curio-
la plura confirmat ex moralibus, medi-
cina, & omnibus ferè scientiis: additque su-
perflitiosa multa, vt Apuleius; & hoc præser-
tim nomine bonus est, quia nihil negligit, nihil
inacti relinquit, vnde homo considerationes
augeat, & scientias locupletet.

*Paolo Morizia nell'istoria dell' Antichità
di Milano lib. 1. c. ap. 59.*

MA venendo à tempi più vicini, dico che
di gran lume sono stati alla nostra
Città famosi, & immortali Andrea Alcia-
ti, & Girolamo Cardano, il primo dottore
Leggista, & l'altro dottore fisico, & l'vno &
l'altro nominatissimi non solo nella nostra
Italia, ma anco per tutta l'Europa; & ambi
sono stati famosi lettori de primi studij non
solo d'Italia, ma anco di Francia, con tanta
concorrenza di studenti da tutte le parti
d'Europa, che pareua, che corressero all' ora-
culo d'Apolline. In questi v'era la nobilita
della lingua, & l'eccellenza delle altre scien-
ce, come si puo vedere dalli gran volumi de
componi menti lasciati al mondo, à perpe-
tua loro immortalità, & gloria della patria.

**Hippocrates Lectori commenta-
riorum Hieron. Cardani
in Aphorismos.**

Graiorum culpa eneruus cum sim ante meo-
rum.
*Insulber ex obitu me mihi restituit:
Quem pro tot meritis, Diu faciant, ut vice
versa,
Alterius gentis restituat pietas.*

**Cardanus de seipso sub initium li-
bri 1. contradicentium M.**

Cum Medici, patria, affines, fortuna, pa-
rentes,
*Me inuisum odissent, non potere tamen
Extremos iussu Fatis superare labores.
Sic vitam semper, maiora & inuidia.*

**Idem sub Effigie sua in libris de
Subtilitate & alibi.**

Non me terra teget, celo sed raptus in alto
*Illustris vitam dedita per ora virum:
Quidquid venturis spectabit Phœbus ab annis
Cardanus noscet, nomen & usque meum.*

**Sub eiusdem effigie in Iconibus Io.
Sambuci, qui versus referuntur
etiã, à Ioan. Croeselio in
Elogiis lib. 2.**

Spiritus hunc proprius versus, præcordia raris
Dotibus extollit, sidera clara mouet:
*Nescio quid dicam, mirabor, nil latet istum
Quam legisse puces scribere plura soles.*

*Marc. Antonius Maioragius sub
Cardani Persona.*

Extat sub finem lib. 2. contradicentium.

Exacta immensi iam sunt monumenta laboris,
*Que nunquam fulmen, non senu incendia,
durum
Non poterit ferrum, non longum absumere
tempus.
Iam tenebris adopena caput, que corpus in
ipsum
Tantum bella gerit, veniat mors improba nobis:
Mens tamen illa mei melior pars astra subibit:
Clarissus, & nostrum uiuet per secula nomen
Omnia; quaque patet Latia præstantia lingua,
Me leget assidue doctorum Turba virorum.*

*Marc. Ant. Maioragij Rhetoris: Eucade-
castyllabum, ad Hieron. Cardanum
Med. Mediolanensem.*

Extat sub initium lib. 1. contradicentium M.

Cardane omnibus è meis amicis
*Doctrina, ingenio, sagacitate
Princeps; quem Medica reperit artis
Humano generi fauens Apollo,
Impellit per iter nec vstiatum,
Iam trita à reliquis via velilla,
Ægrosque edocet, atque destitutos
Conferuare homines leni labore.
Cur illa aurea tam diu premuntur,
Que scripsisti opera in tuis tabellis?
Cur non efficias imperitiores,
Vt tandem ingenio tuo fruantur?
Cur non cælus astrionia dona
Vulgas? ut quibus haud data est facultas.
Ægris consugere ad tuos Portas,
E scriptis habeant tuis salutem?
Nunc fama ante fores stat, usque clamant
Testaturæ, Deos sibi annuentes
Immortale decus tibi futurum,
Ægrotum si hominum miserum, edat
Quam primum monumenta iam peracta.*

Testimonia

Incerti ad Hieron. Cardanum, refertur ab eodem Cardano in opere de libris propriis, edito Basileæ 1562. & a Io. Bapt. Siluatico in Elogio Cardani.

Æ Mulat Epidauri inter omnes,
Sas Cardane caput, sas extulisti:
Europa Populi facis saeculer,
Cunctos fastidiosos relictos:
Arx diuisas thoris ab albis
Pandorem obstupuit corona quondam,
Magis ingenij studique fructus
Pagina varie serunt per orbem:
Quas docti manibus fouent ubique
Delectant, sapiunt, tenent, aluntque,
Doctrina procul abdita legentes.
Te reges Aquilonij vocarunt,
Vs mercent fugerent sibi propinquam:
Qui per te reduces, Charonta fallunt,
Expellas stygias dum eos Areus.
Quor ciues patria tuis medelis,
Quos flebit mulier, tamen redullis?
Hac Cardane satis superque monstrant,
Astra te digno ferire solum,
Despotismem alios inuini relictos.
Nunc tuas preme cupis habenas,
Ora contrahit fontium tuorum,
Quo riuus tenues fluat in orbem,
Fundis dum proprias opes abunde:
Palam apparuit esse ter pusillas
Doctrinas hominum, medendis in arte,
Complexu & vario scientiarum,
Qui palmas hodie putant mereri:
Illi non sine sentiant dolore
Grani, non nisi parua se tenere,
Toto nec secum orbe indicari.

Io. Matthæus Toscanus, in Pello Italiae lib. 4.

Cardane manus plures curauerit agros.
Est dubium, an plures scripserit una libros.
Quisquis enim voluit tot scripta volumina,
dextra,
Hunc calamum nunquam deposuisse putat.
Hunc qui pallenti reduces tot nimis ab arce
Incubuisse agris, velle, dieque putat.
Felix qui semper ventura profuit eno,
Ætati ac nunquam desuit ipse sue.

Hieronimus Cardanus Mediolanensis Medicus, Philosophus & Mathematicus æque illustri, publicè medicinam Papiæ, ac Bononiæ summa cum dignitate professus est. Ad quem ex longinquis regionibus delatos desperata valetudinis, non paucos variisque sexus breuit conualescentes in patriam rediisse ipsi vidimus. Libros tot edidit vt ipsemet eorum indicem in lucem emittere sit coactus.

Gaspar Cunradus in Profographiæ melicæ millenario primo.

M E varij rerum doctore leguntur agones:
Natura hinc dicit Dadalu an mereret?

N. 24. Sept. A. 1701. O. 21. Sept.
A. 1776. Æt. 75.

Carmen Thomæ Venatorij in laudem Cardani. Extat in libris de Subtilitate, editis Lugduni 1550. apud Rouillium 8.

E Bibit hic sophia fontes, & flumina Musis,
Et Phæbo, & doctis non inuicem uiris.
Hinc Medicos miscet succos, & corpora Regum
Illi creduntur summaque cura, fides.
Deinde Syracusij sunt nota Mathamata ciuis,
Cætera sunt terris cognita, & aula polis.

Carmen Laur. Durnhoferi in laudem eiusdem. Ibidem.

N On Cardane tuam poterunt extinguere laudem
Ignes flammiferi, fluitifona nec aqua,
Ingens atque potens in toto personat orbe,
Imo que celsum venit ad usque Polum.
Dum res occultas, quadam caligine teclas,
Et varias, aperis, difficilese que doces.
Dumque tua humanos sanat Medicina dolores,
Tuque Dei curas vulnera cordis ope.
Dum stellas monstras, & pili sidera Cali,
Atque artes, Orbis quas speciosus habet.
Dumque omnes disciplinas producis in usum,
Qui facit egeas artificesque bonos.

Annibalis Crucæi ad lectorem Arithmeticæ Cardani:

Multiplici numerorum vsu, discrimina parteis,
Quæque voluminibus mille legenda tenes.
Exiguo, facili, docto, digesta libello,
Hic tibi Cardani sedula cura dabit.
Perlega mox, isti tantum debere libello,
Te dices, quantum mille voluminibus.

In Astronomicis opus Hieron. Cardani de supplemento Almanach, carmen Ionachini Hetteri Leuco-Petri.

Extat in vltima editione anni 1547.

Dicunt in tenui fixisse volans vitro
Astra Syracusij machina docta senis.
Fertur & errans radiantia curua Luna,
Deduxisse suis sedibus Eudymion.
Ingenio sic magna Atlas, & ferris Orion
Nominis iam fama non moriantis habent.
Te quæque fera manus venturi gloria seeli.
Cardane, ingenio nobilis; arte potens.
Qui tanquam Astrifero superum sis lapsus
Olympo,
Tempora, signa, orbis, sidera, sas doces.
Et rerum varias ostendis in Eibere causas,
Multaque præterea, quæ latere prius.
Hæc vere est animis moderatis digna voluptas,
Inchyta cognati querere iara poli.